

FRANCISCI RVEI

nem experta est, eò pertinacius hanc
retinere intelligitur.

Instrumen-
talis Gem-
marũ cau-

Vicina aut & cõiuncta seu instru-
mentalibus lapidum causa duplex an-
numerat. Vel enim calidũ quoddam
est, (si ex elementis corpora substan-
tialiter fieri statuamus:) aut caliditas,
(si solas in mixtis qualitates asseruari
sentiamus) in materia terrea persistens,
& humidũ tenax per terreæ molis te-
nuissimas quasque partes diducens, di-
gerensque: hac ratione singulorum ele-
mentorũ, terre præsertim & aque por-
tiones tam aptè & ad amussim cõfun-
dens atque cõglutinans, sed & ab omni
excrementosa fæce despumans, ut pro
lapidis Gemmæve forma producen-
da materiã ipsam rectè præparet. Aut
demum ea causa frigidũ quoddã est,
sive frigiditas, in aquea substantia ter-
restris & sicce materiæ actionem per-
pessa consistens, sua constrictione (fri-
gidi namque est cõstringere) omnem su-
perabundantẽ humorem adeò expri-
mens,